

MARIOLOGIA BIBLICA

MARIOLOGIA BIBLICA

LIBER GENESIS, III, 15

וְאִיבָהּ אִשְׁתֵּי בְּיַדְךָ וּבִין הָאִשָּׁה וּבִין זְרַעְךָ וּבִין זְרַעָהּ הִיא יִשְׁרָףְךָ רֹאשׁ וְאַחַר
תְּשׁוּפָנֶיךָ עֶקֶב:

PROPHETIA ISAIAE, VII, 14

לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֵן אֵת הַגָּד הַזֶּה הַעֲלֵמָה הַרְהוֹרֵת לְבָן וְקָרְאָתָהּ שְׁמוֹ עֲפָנָה
אֵל:

PROPHETIA MICHAELAE, V, 1-2

וְאַחַר בַּיַּת-לַחֲם אֶפְרָתָה צָעִיר לְחַיִּים בְּאֶלְפֵי יְהוּדָה מִמֶּנּוּ לִי יֵצֵא לְחַיִּים
מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וּמוֹצֵאֲתָיו מִקֶּדֶם מִיָּמַי עוֹלָם:
לָכֵן יִתְּנֶם עַד-עֵת יוֹלְדָה יוֹלְדָה וַיִּתֵּר אֲחֵיו יִשׁוּבוּן עַל-בְּנֵי יִשְׂרָאֵל:

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ

Cap. I. ¹⁶ Ἰακώβ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰωσήφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.

Cap. I. ¹⁸ Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὗρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. ¹⁹ Ἰωσήφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν καὶ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. ²⁰ Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ λέγων· « Ἰωσήφ υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματος ἁγίου. ²¹ Τέξεται δὲ υἴόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν ». ²² Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος·

²³ « Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἴόν, καὶ καλέσουσιν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ », ὃ ἐστὶν μεθερμηνευόμενον· « μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ».

MARIOLOGIA BIBLICA

LIBER GENESIS, III, 15

Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius; ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius.

PROPHETIA ISAIAE, VII, 14

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.

PROPHETIA MICHAELAE, V, 2-3

2. Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in milibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, et egressus eius ab initio, a diebus aeternitatis.

3. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet; et reliquiae fratrum eius convertentur ad filios Israel.

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM ¹

Cap. I. ¹⁶ Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.

Cap. I. ¹⁸ Iesu Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. ¹⁹ Ioseph autem vir eius, cum esset iustus et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. ²⁰ Haec autem eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: « Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. ²¹ Pariet autem filium, et vocabis nomen eius IESUM: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum ». ²² Hoc autem totum factum est ut adimpleretur id quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem:

²³ « *Ecce virgo in utero habebit et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel* », quod est interpretatum *Nobiscum Deus*. ²⁴ Exsur-

¹ Novi Testamenti versio latina est *Novae Vulgatae*.

²⁴ Ἐγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσήφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβεν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· ²⁵ καὶ οὐκ ἐγένωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκεν υἱόν· καὶ ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

Cap. II. ⁹ Οἱ δὲ [Μάγοι] ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστήρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς ἕως ἐλθῶν ἐστάθη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. ¹⁰ Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα· ¹¹ καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. ¹² Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

¹³ Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσήφ λέγων· « Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἶπω σοι· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτό ». ¹⁴ Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβεν τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον, ¹⁵ καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου ».

Cap. II. ¹⁹ Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρώδου, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ λέγων· ²⁰ « Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασιν γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου ». ²¹ Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβεν τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ εἰσῆλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ.

Cap. XIII. ⁵³ Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρην ἐκεῖθεν. ⁵⁴ Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, ὥστε ἐκπλήσσεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν· « Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; ⁵⁵ Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσήφ καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας; »

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ

Cap. III. ³¹ Καὶ ἔρχονται ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ ἔξω στήκοντες ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν καλοῦντες αὐτόν. ³² Καὶ ἐκάθητο περὶ αὐτὸν ὄχλος, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· « Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσίν σε ». ³³ Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς λέγει· « Τίς ἐστὶν ἡμῶν ἡτήρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου; » ³⁴ Καὶ περιβλεψάμενος τοὺς περὶ αὐτὸν κύκλῳ καθημένους λέγει· « Ἴδε

gens autem Ioseph a somno, fecit sicut praecepit ei angelus Domini, et accepit coniugem suam. ²⁵ Et non cognoscebat eam donec peperit filium: et vocavit nomen eius Iesum.

Cap. II. ⁹ Qui [Magi] cum audissent regem, abierunt, et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. ¹⁰ Videntes autem stellam gavisii sunt gaudio magno valde. ¹¹ Et intrantes domum viderunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adoraverunt eum; et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum et thus et myrrham. ¹² Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

¹³ Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparet in somnis Ioseph, dicens: « Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in Aegyptum; et esto ibi usque dum dicam tibi; futurum est enim ut Herodes quaerat puerum ad perdendum eum ». ¹⁴ Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte et recessit in Aegyptum, ¹⁵ et erat ibi usque ad obitum Herodis; ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: *Ex Aegypto vocavi filium meum.*

Cap. II. ¹⁹ Defuncto autem Herode, ecce apparet angelus Domini in somnis Ioseph in Aegypto ²⁰ dicens: « Surge et accipe puerum et matrem eius, et vade in terram Israel; defuncti sunt enim, qui quaerebant animam pueri ». ²¹ Qui surgens accepit puerum et matrem eius et venit in terram Israel.

Cap. XIII. ⁵³ Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. ⁵⁴ Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita ut mirarentur et dicerent: « Unde huic sapientia haec et virtutes? ⁵⁵ Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, et fratres eius Iacobus et Ioseph et Simon et Iudas? » ¹

EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM

Cap. III. ³¹ Et venit Mater eius et fratres eius et foris stantes miserunt ad eum vocantes eum. ³² Et sedebat circa eum turba, et dicunt ei: « Ecce Mater tua et fratres tui et sorores tuae foris quaerunt te ». ³³ Et respondens eis ait: « Quae est mater mea et fratres mei? » ³⁴ Et circumspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait:

¹ Cf. Marc. VI, 3.

ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου. ³⁵ Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν».

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ

Cap. I. ²⁶ Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας ἣ ὄνομα Ναζαρέθ, ²⁷ πρὸς παρθένον ἐμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου Δαυὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ. ²⁸ Καὶ εἰσελθὼν πρὸς αὐτὴν εἶπεν· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ [εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν]». ²⁹ Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. ³⁰ Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. ³¹ καὶ ἰδοὺ συλλήμψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. ³² Οὗτος ἔσται μέγας καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ³³ καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος». ³⁴ Εἶπεν δὲ Μαριάμ πρὸς τὸν ἄγγελον· «Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» ³⁵ Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. ³⁶ Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενὴς σου καὶ αὐτὴ συνείληφεν υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστίν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρα. ³⁷ ὅτι οὐκ ἀδυνατήσῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ πᾶν ῥῆμα». ³⁸ Εἶπεν δὲ Μαριάμ· «Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος.

³⁹ Ἀναστᾶσα δὲ Μαριάμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐπορεύθη εἰς τὴν ὄρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα, ⁴⁰ καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ. ⁴¹ Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησεν τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, ⁴² καὶ ἀνεφώνησεν κραυγῇ μεγάλη καὶ εἶπεν· «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. ⁴³ Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς ἐμέ; ⁴⁴ Ἰδοὺ γὰρ ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ᾠτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου. ⁴⁵ Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου». ⁴⁶ Καὶ εἶπεν Μαριάμ·

«Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον,

⁴⁷ καὶ ἠγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου·

⁴⁸ ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπεινώσιν τῆς δούλης αὐτοῦ.

Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσιν με πᾶσαι αἱ γενεαί·

⁴⁹ ὅτι ἐποίησέν μοι μεγάλα ὁ δυνατός,
καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ,

« Ecce mater mea et fratres mei. ³⁵ Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus et soror mea et mater est ».¹

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM

Cap. I. ²⁶ In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ²⁷ ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen virginis Maria. ²⁸ Et ingressus ad eam dixit: « Ave, gratia plena, Dominus tecum ». ²⁹ Ipsa autem turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. ³⁰ Et ait angelus ei: « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ³¹ et ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. ³² Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, ³³ et regnabit super domum Iacob in aeternum, et Regni eius non erit finis ». ³⁴ Dixit autem Maria ad angelum: « Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? » ³⁵ Et respondens angelus dixit ei: « Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur Sanctum vocabitur, Filius Dei. ³⁶ Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senecta sua, et hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis: ³⁷ quia *non erit impossibile apud Deum omne verbum* ». ³⁸ Dixit autem Maria: « Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum ». Et discessit ab illa angelus.

³⁹ Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iudae, ⁴⁰ et intravit in domum Zachariae et salutavit Elisabeth. ⁴¹ Et factum est, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, ⁴² et exclamavit voce magna et dixit: « Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. ⁴³ Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me? ⁴⁴ Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo. ⁴⁵ Et beata quae credit, quoniam perficientur ea quae dicta sunt ei a Domino ». ⁴⁶ Et ait Maria:

« Magnificat *anima mea Dominum,*

⁴⁷ et *exsultavit* spiritus meus *in Deo Salvatori meo,*

⁴⁸ quia *respexit humilitatem ancillae* suae.

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:

⁴⁹ quia fecit mihi magna qui potens est,

et sanctum Nomen eius,

¹ Cf. Matth. XII, 46-50; Lc. VIII, 19-21.

- ⁵⁰ και τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς και γενεὰς
τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.
- ⁵¹ Ἐποίησεν κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ,
διεσχόρπισεν ὑπερηφάνους διανοία καρδίας αὐτῶν.
- ⁵² Καθεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων
και ὕψωσεν ταπεινοὺς,
- ⁵³ πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν
και πλουτοῦντας ἐξαπέστειλεν κενούς.
- ⁵⁴ Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ,
μνησθῆναι ἐλέους,
- ⁵⁵ καθὼς ἐλάλησεν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν,
τῷ Ἀβραάμ και τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ».
- ⁵⁶ Ἐμεινεν δὲ Μαριάμ σὺν αὐτῇ ὡς μῆνας τρεῖς, και ὑπέστρεψεν εἰς
τὸν οἶκον αὐτῆς.

Cap. II. ¹ Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθεν δόγμα παρὰ
Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ² Αὕτη ἡ ἀπο-
γραφή πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηναίου. ³ Καὶ ἐπορεύοντο
πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. ⁴ Ἀνέβη δὲ και Ἰωσήφ
ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρέθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰς πόλιν Δαυίδ,
ἣτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου και πατριᾶς Δαυίδ,
⁵ ἀπογράφασθαι σὺν Μαριάμ τῇ ἐμνηστευμένη αὐτῷ, οὕση ἐγκύω. ⁶ Ἐγέν-
ετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν,
⁷ και ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, και ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν και
ἀνέκλιεν αὐτὸν ἐν φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.

⁸ Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες και φυλάσσοντες
φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποιμνὴν αὐτῶν. ⁹ Καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη
αὐτοῖς και δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς, και ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν.
¹⁰ Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· « Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν
χαρὰν μεγάλην, ἣτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, ¹¹ ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ,
ὅς ἐστιν Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαυίδ. ¹² Καὶ τοῦτο ὑμῖν σημεῖον· εὐρή-
σετε βρέφος ἐσπαργανωμένον και κείμενον ἐν φάτνῃ ». ¹³ Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο
σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανοῦ αἰνοῦντων τὸν Θεὸν και λε-
γόντων·

¹⁴ « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ
και ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας ».

¹⁵ Καὶ ἐγένετο ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, οἱ ποι-
μένες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους· « Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεέμ και ἴδωμεν τὸ
ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν ». ¹⁶ Καὶ ἦλθον σπεύσαντες,
και ἀνεῦρον τὴν τε Μαριάμ και τὸν Ἰωσήφ και τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ
φάτνῃ. ¹⁷ Ἰδόντες δὲ ἐγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ
τοῦ παιδίου τούτου. ¹⁸ Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαλη-

- ⁵⁰ et misericordia eius in progenies et progenies
timentibus eum.
- ⁵¹ Fecit potentiam in brachio suo,
dispersit superbos mente cordis sui;
- ⁵² deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles,
- ⁵³ esurientes implevit bonis
et divites dimisit inanes.
- ⁵⁴ Suscepit Israel puerum suum,
memorari misericordiae,
- ⁵⁵ sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini eius in saecula ».
- ⁵⁶ Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, et reversa
est in domum suam.

Cap. II. ¹ Factum est autem in diebus illis exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis. ² Haec descriptio prima facta est praeside Syriae Quirino. ³ Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem. ⁴ Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam in civitatem David quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ⁵ ut profiteretur cum Maria desponsata sibi, uxore praegnante. ⁶ Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, ⁷ et peperit filium suum primogenitum: et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio.

⁸ Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigiliis noctis supra gregem suum. ⁹ Et angelus Domini stetit iuxta illos, et gloria Domini circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. ¹⁰ Et dixit illis angelus: « Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, ¹¹ quia natus est vobis hodie Salvator qui est Christus Dominus in civitate David. ¹² Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio ». ¹³ Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium:

¹⁴ « Gloria in altissimis Deo,
et super terram pax in hominibus bonae voluntatis ».

¹⁵ Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in caelum, pastores loquebantur ad invicem: « Transeamus usque Bethlehem et videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis ». ¹⁶ Et venerunt festinantes et invenerunt Mariam et Ioseph et infantem positum in praesepio. ¹⁷ Videntes autem notum fecerunt verbum quod dictum erat illis de puero hoc. ¹⁸ Et omnes qui audierunt mi-

θέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς. ¹⁹ Ἡ δὲ Μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. ²⁰ Καὶ ὑπέστρεψαν οἱ ποιμένες δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς.

²¹ Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν αὐτόν, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλλημφθῆναι αὐτόν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

²² Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, ²³ καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου ὅτι « πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται », ²⁴ καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου, « ζευγὸς τρυγόνων ἢ δύο νοσσοὺς περιστερῶν ».

²⁵ Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν ἐν Ἱερουσαλὴμ ὃ ὄνομα Συμεών, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος καὶ εὐλαβής, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ πνεῦμα ἦν ἅγιον ἐπ' αὐτόν. ²⁶ καὶ ἦν αὐτῷ κεχηρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἢ ἂν ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου. ²⁷ Καὶ ἤλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. Καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν τοῦ ποιῆσαι αὐτούς κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ, ²⁸ καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας καὶ εὐλόγησεν τὸν Θεὸν καὶ εἶπεν·

²⁹ « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα,
κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ·

³⁰ ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου,

³¹ ὃ ἠτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν,

³² φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν

καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ ».

³³ Καὶ ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις περὶ αὐτοῦ. ³⁴ Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεών καὶ εἶπεν πρὸς Μαριάμ τὴν μητέρα αὐτοῦ· « Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον — ³⁵ καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, — ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ».

³⁶ Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις, θυγάτηρ Φανουήλ, ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα μετὰ ἀνδρὸς ἕτη ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς, ³⁷ καὶ αὕτη χήρα ἕως ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἢ οὐκ ἀφίστατο τοῦ ἱεροῦ νηστείας καὶ δεήσεων λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. ³⁸ Καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστάσα ἀνωμολογεῖτο τῷ Θεῷ καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσιν τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν Ἱερουσαλὴμ.

³⁹ Καὶ ὡς ἐτέλεσαν πάντα τὰ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς

rati sunt de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos: ¹⁹ Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo. ²⁰ Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes Deum in omnibus quae audierant et viderant sicut dictum est ad illos.

²¹ Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo prius quam in utero conciperetur.

²² Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysis, tulerunt illum in Hierosolimam ut sisterent Domino, ²³ sicut scriptum est in lege Domini: « *Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur* », ²⁴ et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini: *par turturum aut duos pullos columbarum*.

²⁵ Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Symeon, et homo iste iustus et timoratus, exspectans consolationem Israel, et Spiritus Sanctus erat super eum, ²⁶ et responsum acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini. ²⁷ Et venit in Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem Legis pro eo, ²⁸ et ipse accepit eum in ulnas suas et benedixit Deum et dixit:

²⁹ « Nunc dimittis servum tuum, Domine,
secundum verbum tuum in pace:

³⁰ quia viderunt oculi mei salutare tuum,

³¹ quod parasti ante faciem omnium populorum,

³² lumen ad revelationem gentium
et gloriam plebis tuae Israel ».

³³ Et erat pater eius et mater mirantes super his quae dicebantur de illo. ³⁴ Et benedixit illis Symeon, et dixit ad Mariam matrem eius: « Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur — ³⁵ et tuam ipsius animam pertransiet gladius — ut revelentur ex multis cordibus cogitationes ».

³⁶ Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser; haec processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. ³⁷ Et haec vidua usque ad annos octoginta quattuor, quae non discedebat de templo, ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die. ³⁸ Et haec ipsa hora superveniens confitebatur Deo et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem Ierusalem.

³⁹ Et ut perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reversi

τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὴν πόλιν ἑαυτῶν Ναζαρέθ. ⁴⁰ Τὸ δὲ παιδίον ἠύξανεν καὶ ἐκραταιοῦτο πληρούμενον σοφία, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.

⁴¹ Καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλήμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα. ⁴² Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβαινόντων αὐτῶν κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, ⁴³ καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. ⁴⁴ νομίσαντες δὲ αὐτὸν εἶναι ἐν τῇ συνοδίᾳ ἤλθον ἡμέρας ὁδὸν καὶ ἀνεζήτησαν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενεῦσιν καὶ τοῖς γνωστοῖς, ⁴⁵ καὶ μὴ εὐρόντες ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ ἀναζητοῦντες αὐτόν. ⁴⁶ Καὶ ἐγένετο μετὰ ἡμέρας τρεῖς εὔρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καὶ ἀκούοντα αὐτῶν καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς. ⁴⁷ ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ. ⁴⁸ Καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· « Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ ὁ πατήρ σου καγὰρ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». ⁴⁹ Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· « Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς μου δεῖ εἶναι με; » ⁵⁰ Καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς. ⁵¹ Καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέθ, καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. Καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. ⁵² Καὶ Ἰησοῦς προσέκοπτεν ἐν τῇ σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

Cap. XI. ²⁷ Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα ἐπάρασά τις φωνὴν γυνὴ ἐκ τοῦ ὄχλου εἶπεν αὐτῷ· « Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας ». ²⁸ Αὐτὸς δὲ εἶπεν· « Μενοῦν μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ φυλάσσοντες ».

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ

Cap. II. ¹ Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ. ² ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον. ³ Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν· « Οἶνον οὐκ ἔχουσιν ». ⁴ Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· « Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου ». ⁵ Λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις· « Ὅ τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε ». ⁶ Ἦσαν δὲ ἐκεῖ λίθινοι ὑδρῖαι ἕξ κατὰ τὸν καθαρισμόν τῶν Ἰουδαίων κείμεναι, χωροῦσαι ἀνά μετρητάς δύο ἢ τρεῖς. ⁷ Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· « Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος ». Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. ⁸ Καὶ λέγει αὐτοῖς· « Ἀντλήσατε νῦν καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ ». Οἱ δὲ ἤνεγκαν. ⁹ Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρικλίνος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγεννημένον, καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστίν, οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ, φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρικλίνος ¹⁰ καὶ λέγει αὐτῷ· « Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησιν, καὶ ὅταν μεθυσθῶσιν τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι ». ¹¹ Ταύτην ἐποίησεν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς

sunt in Galilaeam in civitatem suam Nazareth. ⁴⁰ Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia, et gratia Dei erat super illum.

⁴¹ Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die festo Paschae. ⁴² Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi, ⁴³ consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius. ⁴⁴ Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos, ⁴⁵ et non invenientes, regressi sunt in Ierusalem requirentes eum. ⁴⁶ Et factum est post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem eos: ⁴⁷ stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius. ⁴⁸ Et videntes eum admirati sunt, et dixit Mater eius ad illum: « Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te ». ⁴⁹ Et ait ad illos: « Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse? » ⁵⁰ Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos. ⁵¹ Et descendit cum eis et venit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater eius conservabat omnia verba in corde suo. ⁵² Et Iesus *proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines.*

Cap. XI. ²⁷ Factum est autem, cum haec diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: « Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti ». ²⁸ At ille dixit: « Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt ».

EVANGELIUM SECUNDUM IOANNEM

Cap. II. ¹ Et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat Mater Iesu ibi: ² vocatus est autem et Iesus et discipuli eius ad nuptias. ³ Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: « Vinum non habent ». ⁴ Et dicit ei Iesus: « Quid mihi et tibi, mulier? Nondum venit hora mea ». ⁵ Dicit Mater eius ministris: « Quodcumque dixerit vobis facite ». ⁶ Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas. ⁷ Dicit eis Iesus: « Implete hydrias aqua ». Et impleverunt eas usque ad summum. ⁸ Et dicit eis: « Haurite nunc et ferte architriclino ». Illi autem tulerunt. ⁹ Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui haurierant aquam, vocat sponsum architriclinus, ¹⁰ et dicit ei: « Omnis homo primum bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint, id quod deterius est: tu servasti bonum

ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας καὶ ἐφανερώσεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Cap. XIX. ²⁵ Εἰσθήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ. ²⁶ Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὄν ἡγάπα, λέγει τῇ μητρὶ· « Γύναι, ἴδε ὁ υἱός σου ». ²⁷ Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· « Ἴδε ἡ μήτηρ σου ». Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

Cap. I. ¹² Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὃ ἐστὶν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ σαββάτου ἔχον ὁδόν. ¹³ Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, εἰς τὸ ὑπερῶον ἀνέβησαν οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὃ τε Πέτρος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ Σίμων ὁ ζηλωτὴς καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. ¹⁴ Οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ σὺν γυναῖξιν καὶ Μαριὰμ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ

Cap. IV. ⁴ Ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ⁵ ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἰοθεσίαν ἀπολάβωμεν.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ

Cap. XII. ¹ Καὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ, γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα, ² καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, καὶ κράζει ὠδίνουσα καὶ βασιανίζομένη τεκεῖν. ³ Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων πυρρὸς μέγας, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ἑπτὰ διαδήματα, ⁴ καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν. Καὶ ὁ δράκων ἔστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ. ⁵ Καὶ ἔτεκεν υἱόν, ἄρσεν, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ ἠρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ. ⁶ Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἐξήκοντα.

vinum usque adhuc ». ¹¹ Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius.

Cap. XIX. ²⁵ Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius, Maria Cleopae et Maria Magdalene. ²⁶ Cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri: « Mulier, ecce filius tuus ». ²⁷ Deinde dicit discipulo: « Ecce mater tua ». Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

ACTUS APOSTOLORUM

Cap. I. ¹² Tunc reversi sunt in Ierusalem a monte qui vocatur Oliveti, qui est iuxta Ierusalem sabbati habens iter. ¹³ Et cum introissent, in cenaculum ascenderunt ubi manebant, et Petrus et Ioannes, et Iacobus et Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomaeus et Matthaeus, Iacobus Alphaei et Simon Zelotes et Iudas Iacobi. ¹⁴ Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria Matre Iesu et fratribus eius.

EPISTOLA AD GALATAS

Cap. IV. ⁴ At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege, ⁵ ut eos, qui sub Lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

APOCALYPSIS IOANNIS

Cap. XII. ¹ Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim, ² et in utero habens, et clamat parturiens et cruciata ut pariat. ³ Et visum est aliud signum in caelo, et ecce Draco rufus magnus, habens capita septem et cornua decem et super capita sua septem diademata, ⁴ et cauda eius trahit tertiam partem stellarum caeli et misit eas in terram. Et Draco stetit ante Mulierem quae erat paritura, ut cum peperisset Filium eius devoraret. ⁵ Et peperit Filium, masculum, qui *recturus est omnes gentes in virga ferrea*; et raptus est Filius eius ad Deum et ad thronum eius. ⁶ Et Mulier fugit in desertum, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta.